

## DE DECOCTIS, Sectio VII.

Deficientia —	Aqua hordei, Aqua cicerum, Decoctum pisanae.	Communiter	Temperate	Decoctum florum & fructuum. Decoctum commune magistrale.	
			Intemperatè	Decoctum commune refri- gerans.	
Magis nus lia seu offici nalia : atque vel	Prima: Sic alia alte rant	Particula riter	Caput	Decoctum cephalicum.	
			Pectus	Decoctum pectorale primum. Decoctum pectorale secundum. Decoctum pectorale tertium.	
ALTERANTIA seu apozema ta, ex herbis, seminibus, fructibus, ra dicibus, & aliis quibusdā parantur. Si absq; saccha ro, decocta; si cum saccha ro, licet non tam copioso ut in syrupis, apozemata rectius dicunt ur. Sunt aut em haec vel	Sudorem movent	Cor	Cor	Decoctum cordiale.	
			Platus	Decoctum carminativum.	
ALTERANTIA qualitate	Secunda: Sic alia	Simpleces	Sanguinem	Decoctum adianti. Decoctum fumaria.	
			Bilem	Decoctum fructuum.	
ALTERANTIA humores	Purgant humores	Pituitam	Pituitam	Decoctum thymi. Decoctum starchados.	
			Bilem atram	Decoctum epithymi. Decoctum fene, &c.	
ALTERANTIA minis nus lia: atque vel	Furgantia	Mixtos	Mixtos	Decoctum myrobalanorum. Decoctum eupatoriæ.	
			Pectus	Decoctum pectorale.	
ALTERANTIA humores	Humores mixtos: ut	Humores mixtos: ut	Cor	Decoctum cordiale.	
			Bilem	Decoctum ex adianto.	
ALTERANTIA humores	Humores mixtos: ut	Humores mixtos: ut	Pituitam	Decoctum ex thymo.	
			Atram bilem	Decoctum ex fumaria, &c.	
ALTERANTIA humores	Humores mixtos: ut	Humores mixtos: ut	Bilem	Decoctum alvum emollient, bilem, educens.	
			Pituitam	Decoctum pituitam educens.	
ALTERANTIA humores	Humores mixtos: ut		Atram bilem	Decoctum atram bilem educens.	
			Decoction aperitiva lenitiva major.		
ALTERANTIA humores	Humores mixtos: ut		Decoction aperitiva lenitiva minor.		
			Decoction aperitiva major cum rhubarba.		

DE DECOCTIS OF-  
ficialibus reficientibus.

## De aqua hordei.

R. Hordei integri fricati cum parvo aspero usq; ad excusione tenuium corticum, id est, palearum, parte unam, verbi gratia libram unam. Et sit hordeum substantia laudabilis, atatis me-  
die inter antiquum & novum, super quod non  
cedidit de odore corruptionis aliquid, nec de  
contagione fumi, aut pulveris, & conservatum  
fuert in loco aeris liberi, & jam habuerit perfe-  
ctionem in maturitate sua, & pone illud electum  
in olla nova, mundata, lata, & exquisite abfer-  
sa, ut non remanerit in illa de odore quidquam  
omnino: & projice super ipsum aqua circiter  
partes viginti: verbi gratia  $\frac{1}{2}$  viginti: & sit aqua  
fontana levissima, dulcissima. Sit tamen prius  
hordeum in aqua per quatuor horas infusum: &  
inde facias cum igneclaro & suavi ipsam ser-  
vere, primam absciendo spumam. Et esto hordeum  
semper integrum, leviter quidem fricatum pan-  
no alpero, & quasi depaleatum, si multam que-  
ris abstensionem, atque exoppiationem valen-  
tiorem: integre vero ab utroq; cortice mundatum,  
si aquam hordeaceam habere volueris ad  
situm mitigandam, asperitatemq; leniendam, nec  
non inflammacionem extinguidam. \* Unde  
talis aqua hordei convenit in leniendo pectoro  
aque pulmone, humectandisq; praecorditis. Co-  
ctio præterea continuetur ad crepturam hor-  
dei, perfectam quidem in priore illa intentione:  
perfectiorem vero & diuturniorem plus minus  
in posteriore hac intentione. *Colomene*.

## Aqua cicerum.

Decoque libram unam cicerum conservantū  
adhuc nitrositatem tiram, cum libris viginti aqua  
facili decoctione, usque dum redeant ad libras  
decem. Tunc erit aqua eorum potus medicina-  
lis. Et si ulteriorem excipiat coctionem, & qui-  
dem cum plurima aqua, usq; dum acquirat me-  
diocritate inter tenuis seu liquidum & unctum,  
est cibis bonus, præseruans colatus. *Mefus*.

## Decoccum prisana hordei.

Sed quando prisana hordei, ac edulii vel for-  
bitionis ultim decoqui debet, tunc semper acci-  
pere oportet hordeum exquisite excopticatum,  
quod vulgo mundatum dicitur: idque vel inte-  
grum, vel contractum, quod far hordei Latinis  
dicitur. Satis tamen fuerit, integrum quam con-  
tractum sumere, ut evitemus metum Manardi:  
quandoquidem in hordeo integro absolutam  
perfectamque coctionem animadvertere com-  
modius est, quam in contracto: quia coctio ejus  
semper perfici debet usque ad dilisperditionem &  
veluti tabem ipsius hordei, nunc in largiore,  
nunc in pauciora aqua, pro vario intentiois Me-  
dici scopo. Nam quando non admodum tenui  
viectu utendum erit, sed aliquando pleniis ciba-  
re habebit, quum scilicet totam prisana exhibe-

A bemus, (nam prisana rora Galeno non est exqui-  
fire tenuis vietus, nisi omnino pauca assumpta  
fuerit) tunc verbi gratia sufficerint ad partem u-  
nam hordei partes quinq; aquæ secundum pla-  
citum Avenzoar: sed si tenuius cibare proposi-  
tum est, ut quando cremorem sive succum exhibe-  
bemus colatorio manibus vel cochleario ex-  
presum, tunc copiose aqua prisana deco-  
quimus: verbi gratia, decem partes aquæ ad u-  
nam hordei accipiendo, plus autem aquæ acci-  
pimus, quando tenuissime nutritre volumus, ut  
falem fervata proxime assignata aquæ quantita-  
te, percolam prisanaam sua sponte sensim per  
colatorium eliqui finimus, sine admixiculo ex-  
pressionis, unde vulgus practicantum, hanc voca-  
cant prisana colatam: illam vero, quæ expellit  
est, vocant prisana hordei non colatam. Hac  
decisione constituta, puramus omnem caligi-  
nem & nubem Arabica perplexitatis seu confu-  
sionis discussam in *Colomene*.

DE DECOCTIS AL-  
terantibus communibus.

## Decoccio florum &amp; fructuum.

R. Caricarum N.v.  
Prunorum Damascenorum N.xv.  
Jejuniarum, Sebesten ana N.xx.  
Tamarindorum  $\frac{1}{2}$  j.  
Flor. Rofarum, flor. Violarum,  
Flor. Borrag. flor. Buglossæ ana 3 ij.  
Capil. Veneris, Lupulorum, Endivie ana M.ß,  
Glycyrrhizæ  $\frac{1}{2}$  ij.  
Incidentar, & contundantur pro usu. *Angustiani*.

Decoccum commune magistrale, ad me-  
dicamenta maceranda.

R. Prunorum N.xij.  
Sebesten N.x.  
Pallularum  $\frac{1}{2}$  j.  
Hordei decorticata  $\frac{1}{2}$  b.  
Glycyrrhizæ rafæ, Violarum,  
Foliorum Senæ, Polypodiū,  
Epithymi, Carthami, Anisi,  
Dauci, Cinnamomi ana  $\frac{1}{2}$  ij.  
Coque in aquæ comunita  $\frac{1}{2}$  ij, donec dimidium  
absumatur: cola, & utere. *Florentini*.

## Decoccum commune refrigerans.

R. Prunorum N.xij.  
Hordei mundi  $\frac{1}{2}$  j.  
Tamarindorum, Pallularum ana  $\frac{1}{2}$  b.  
Sem. communis majorum, Violarum ana  $\frac{1}{2}$  ij.  
Coque in  $\frac{1}{2}$  ij aquæ, ut supræ.

DE DECOCTIS AL-  
terantibus caput.

## Decoccum cephalicum calefaciens.

R. Stechadis, Betonicae, Salvie ana M.ß.  
Rad. Paeoniae  $\frac{1}{2}$  ij.  
Pallularum  $\frac{1}{2}$  j.

Glycy-

Glycyrrhizæ, Anisi, Dauci ana 3 ij.  
Nucis moschatae 3 ss.

Coque, ut supra.

### DE DECOCTIS AL- TERANTIBUS PECTUS.

#### Decoctum pectorale.

R. Passularum 3 j.  
Sebesten, Jujubarum ana N. xv.  
Daetylorum N. vj.  
Caricarum pinguium N. iv.  
Hordei purgati 3 j.  
Glycyrrhizæ 3 ss.  
Adianti M. ss. Hyssopi 3 ij.  
Coque, ut supra. \* Valet in virtutis pectoris, catar-  
rho, tuffi, asthmate, pleuritide, & id genus aliis.  
Augiflani.

#### Decoctum pectorale aliud.

R. Hyssopi siccæ, Adianti albi, Ficuum, Pal-  
mularum, Myxariorum, Ziziphorum, Uvarum  
passarum, Hordei mundi, Glycyrrhizæ rafæ ana  
partes æquales. In aqua fontana, quanta conve-  
nit, coquantur. \* Horum jus ad excrementa pe-  
ctoris, & defluxiones pituitosas, sputaque edu-  
cenda singulare est remedium. *Andernacus.*

#### Decoctum pectorale aliud.

R. Anisi, Fœniculi, Adianti ana partes æquales.  
Cinnamomi, Masticis ana 3 j.  
Omnia coquantur in aqua, donec quarta ejus  
pars absumpta fuerit. \* Hujus decocti jus, fa-  
ciunt & thoracis alperites lenit: excrementa ad  
excretionem promovet: nec non robur visceri-  
bus addit: ventriculi vires excitat, flatusq; inter-  
stinorum discutit. *Andernacus.*

### DE DECOCTIS ALTERANTIBUS COR.

#### Decoctum cordiale.

R. Prunorum N. xij.  
Passularum 3 j. Sebesten N. xvj.  
Jujubarum N. x.  
Flor. Borraginis, Buglossæ, Violarum,  
Meliophylli, Capill. Vener. ana M. ss.  
Seminis Basilici, Glycyrrhizæ,  
Dauci ana 3 ij.

Coque, ut supra. *D e c o c t u m* verò cordiale re-  
frigerans fit, additis seminibus communibus, iis-  
que seminibus, quæ decoctum refrigerans suprà  
descriptum ingrediuntur. *Florentini.*

### DE DECOCTIS AL- TERANTIBUS VENTRICULUM.

#### Decoctum flatus pellens, seu Carmi- nativum.

R. Anisi, Dauci, Fœnic., Curnini, Caryi ana 3 ij.  
Glycyrrhizæ 3 ss.  
Flor. Chamomillæ M. ss.  
Passularum 3 j ss.  
Coque in libris duabus aquæ ad medietatem fe-  
re. *Florentini* & *Augiflani.*

A

*Potio muscata major.*  
R. Spica, Folii Piperis longi,  
Zingiberis, Zedoarie, Confitæ rub.  
Confitæ muscatæ, Caryophyllorum,  
Ligni aloës, Rofarum, Violarum,  
Anacardi, Acori, Coral.  
Costi, Levisticæ, Nucis moschatae,  
Rasura eboris, Margaritarum,  
Antofili, Rhabarbari, Amomi,  
Ollis de corde cervi, Croci,  
Piperis albi, Olium daetylorum,  
Beliculi marini, Spodiæ,  
Sandali albi, & rub. Macis, Liquiritiæ,  
Cinoamomi, Alyptæ, Anisi,  
Tragacanthi, Blattæ byzantinæ, Cardamomi,  
Ocymi, Limaturæ auræ & arg. ana 3 ij.  
Moschi, Ambra, Caphura ana 3 j.  
Sacchari candi 3 ij.  
Syrupi ros. q. s. eft.

Datur manè & meridiè & serò, stomachicis, &  
debilitatis cochlearium unum cum vino, patien-  
tibus in pulmone, cum aqua hordei. *Nicolaus.*

#### Potio moschata.

R. Moschi, Caphura, Ambra ana 3 j.  
Spicæ nardi, Folii Piperis longi,  
Zingiberis, Zedoarie, styracis rubei,  
Alyptæ moschatae, Caryophyllorum,  
Ligni aloës, Rofarum rub. Violarum,  
Anacardi, Rad. acori, Coralii rub.  
Costi, Sem. levisticæ, Nucis moschatae,  
Rasura eboris cum aqua ros. lotæ,  
Margaritarum perforatarum, & non perforat.  
Peucedani, Rhabarbari, Amomi,  
Ollis de corde cervi, Croci, Piperis albi,  
Olium daetylorum, Lapis berillorum,  
Spodiæ, Sandali albi & rub. Macis,  
Glycyrrhizæ rafæ, Cinnamomi, Anisi,  
Tragacanthi, Blatta byzantinæ,  
Cardamomi, sem. basiliconis,

Limaturæ auræ, Limaturæ argenti ana 3 ij.  
Sacchari candi 3 ij.  
Syrupi ros. q. sufficit.

Dosis ejus est à 3 ij. usque ad 3 ss.  
Servatur annis duobus. Respicit propriæ virtu-  
tem naturalem prime digestionis, confortat cor,  
& subtilitat materiam grossam. Data cum vino  
remolitione citri, confert cardiacis, & confert  
cardiacæ calidæ cum saccharo ros. Datum cum  
decoct. prassi, confert passioni pectoris frigidæ,  
& pulmonis. Data bis in die cum decoctione nu-  
cis moschatae, & caryophyllorum, confert valde  
stomachicis, & ad omnem debilitatem stomachi  
ex causa frigida, & digerit materiam frigidam fec-  
toris oris, confert appetitui canino, & frigido.  
*Arnold. Villanova.*

### DE DECOCTIS SU- DOREM PROVOCANTIBUS.

#### Decoctum ligni guajaci, absq; corrice.

R. Ligni guajaci opime incisi 15 j.

Aqua fontanæ 15 xij.

Infundatur lignum in aqua calida per horas 24. A  
in vase figulino vitreato obturato: deinde co-  
quantur igne lento usq; ad librarum octo con-  
sumptionem: coletur, & servetur in vase vitro  
pro syrupo, ad sudorem invenendum.

*Decoctum ligni guajaci pro potu.*

R. Lignum guajacum prioris decoctionis,  
Aqua fontanae T<sub>b</sub> xij.

Iterum coque usque ad consumptionem tertie  
partis: colla, & serva pro potu, in prandio & ce-  
ram sumendo.

*Decoctum ligni guajaci cum corticibus.*

R. Ligni guajaci opime incisi 3 x.  
Cort. ligni guajaci incisi 3 ii.  
Aqua fontanae T<sub>b</sub> xij.

Fiat ut suprà.

Potest major vel minor corticis quantitas ad-  
di, & cum aqua betonica vel fumiferae, pro me-  
di ci scapo decoqui.

*Decoctum ligni guajaci cum vino.*

R. Ligni guajaci 3 x.  
Cort. ligni guajaci 3 iv.

Aqua fontanae T<sub>b</sub> xij.

Infundatur, ut suprà: & decoquuntur usque ad  
consumptionem librarum novem: deinde ad-  
dantur vini optimi T<sub>b</sub> iij. & iterum fervere mo-  
dicè finito, postea refrigeratum colato, & in va-  
se vitro, pro syrupo servato. *Florenzini.*

*Decoctum ligni guajaci cum vino, pro  
potu ordinario.*

R. Præcedentis decoctionis lignum,  
Aqua fontanae T<sub>b</sub> ij.

Coquantur usque ad consumptionem septem li-  
brarum: deinde addantur vini albi optimi T<sub>b</sub> iv.  
& facta unica sola bullitione, ab igne auferatur,  
coletur, & in vase vitro servetur, pro potu ordi-  
nario cibis associando. *Florent.*

*Decoctum ligni guajaci Fioravanti.*

R. Cortic. ligni guajaci triti T<sub>b</sub> j.

Aqua fontanae T<sub>b</sub> xiv.

Macerentur horis 24, deinde coquantur usq; ad  
quatuor librarum consumptionem: postea adde  
Polypodi quercini 3 ij.

Cichorii Mj.

Aloës hepaticæ 3 ss.

His iterum per horam decoctis, adde

Fol. Senæ, Epithymi ana 3 j.

Colocynthidis 3 vi.

Sacehari 3 ix.

Denuo coquantur, dum pars dimidia fuerit con-  
sumpta, & libra octo remanserint: coletur & ser-  
vetur in vase vitro obturato, ad usum. Dosis  
eythus unus manæ & ferò, & iudet: sicq; conti-  
nuo per dies xx, & liberabitur. Pro potu autem  
utatur sequenti decocto:

R. Ligni Guajaci incisi T<sub>b</sub> j.

Vini albi T<sub>b</sub> x.

Macerentur per noctem: deinde cum per horam  
unam bullerint, adde aqua T<sub>b</sub> xv. Deauo co-  
quantus non diu: & erit factum.

*Decoctum ligni guajaci cum corticibus.*

R. Scobis ligni Indici T<sub>b</sub> j.

Corticis ejusdem 3 iv.

Aqua purissima T<sub>b</sub> x.

Macerentur in fistulis vitro obturatis quinque aut sex  
horas, & percolentur: postea quotidie in aurora  
illius aquæ dabis 3 vj. & ægrum cooperies  
sudores moveantur: moderatè tamen, ne vis cor-  
poris dissolvatur: subinde sudor detergatur: cor-  
pus fricitur, & capat: cibum non sumat, nisi ho-  
ris sex à potu exactis. Ejusdem aquæ totidem uncias  
aferens quinq; horis à cena: sudores tame-  
tunc non movebas. Cæterum hujusmodi potum  
poti universales purgationes solemus exhibere.  
*Antonius Chalmeteus.*

*Decoctum ligni guajaci cum corticibus,  
pro potu ordinario.*

R. Remanentiam prioris decoctionis,

Aqua purissima T<sub>b</sub> xv.

Iterum coques ad tertias: sub decoctionis finem  
adde

Glycyrrhiza rafæ, & contusa 3 ss.

Passifloræ mundatarum 3 ii.

Absoluta decoctione, adde

Cinnamomi 3 v. ad saporis jucunditatem.

Eoque decocto utetur in pastu. Nonnulli subfa-  
ne primæ decoctionis addunt

Fumaria, Lupulorum, Borraginis, Buglossæ  
ana Mj.

Alii verò addunt

Cyclamini, Cardui bengalici, Olibani an 3 ss.

Alii rad. eoule in pul. redactæ, muriæ sing. 3 ss.

carabæ 3 ij ss. pulvri hermodactylorum 3 ij.

senæ orientalis 3 ss. Alii medium partem vini albi:

alii tres partes vini, & unam aquæ injiciunt  
quod profuturum putaverim corporibus pitul-  
tos, ac robustis, atq; cùm nervi ac tendines non

afficiuntur. Cùm verò corpora sint imbecilla, fa-

tius duixerim, magisq; profuturum, si decoctio  
in sola aqua fiat: ino cùm corpus imbecillum  
biliosum, aut ad tabem propensum, sapè guaja-  
ci usu ipsum contabescit: inflammantur urina,  
dolores augentur. Itaque cùm corpus est bilio-  
sum, loco aquæ communis, utor aquis cichori,  
buglossæ, violarum, fumariae in decoctione, qua-  
rum usi sapè sum expertus rem felicitius succel-  
fisse. *Idem.*

*Decoctum ligni guajaci cum corti-  
cibus, alicer.*

R. Ligni sancti T<sub>b</sub> j.

Corticis ejusdem T<sub>b</sub> ss.

Aqua purissima T<sub>b</sub> x.

Macerentur, ut dictu est, 24. horas, atq; coquas-  
tur ad tertie partis consumptionem. *Præterea*

R. Emula campane,

Dactylorum ab offib. separatorum ana 3 ss.

Senæ orientalis 3 j. Vini albi T<sub>b</sub> vi.

Macerentur horis 24. super cineres calidos, ita  
ut propinquum vinum ferveat: deinde excri-

mantur.

mautur: & huic vino misceatur precedingens decoctio: postea adde saechari Tb. s. cinnamomi 3 j. & exactis quatuor horis ab emixtione, trahicatur per colatorium vini aromatis, ac singulis matutinis capiat 3 v. aut vj. & ante coenam, vel eum se in lectum recipiat, tantundem. *Idem.*

*Decoctum ligni Guajaci cum corticibus,  
pro potu ordinario.*

R. *Præcedentis decocti remanentiam,*

*Aqua purissima Tb xv.*

Bulliant ad tertias: adde saechari & cinnamomi, quantum videbitur ad laporis gratiam. Aninadverteandum vero, non unam eandemque decoctionem omnibus temperaturis esse parandum, sed interdum valentiorem, interdum vero inbecillorem, habita virium, ac morbi, & ceterorum rerum, tum naturalium, tum contra naturam ratione. *Idem.*

*Decoctum Zarzae parilla,*

R. *Rad. zarzae parilla 3 iv.*

*Aqua fontana Tb xij.*

Radices primè vino albo laventur, deinde minutatim incidentur, & in supradicta aqua calida per horas duodecim infundantur, in vase figulinio bene operculo & pannis obstruto: mox coquuntur igne lento, usque ad consumptioem libratrum octo: postea coletur atq; in vase vitro optimè cooperio pro syrupo servetur. Secundum decoctum pro potu ordinario fit, ut ligni guajaci potus. *Florentinus.*

*Decoctum guajaci cum zarza parilla  
pro syrupo.*

R. *Zarzae parilla, Cort. ligni guajaciana 3 ii.*

*Polypondii quercenti 3 i.*

*Cinnamomi electi 3 i.*

*Coquuntur usq; ad libratrum octo consumptio-*

*nem, coletur, & servetur pro syrupo. *Incertus.**

*Decoctum zarza parilla cum guajaco,  
pro potu.*

R. *Materiam prioris decoctionis,*

*Aqua mensuæ.*

Coquuntur usque ad durum mensurarum con-

sumptionem, coletur & servetur pro potu ordina-

rio. In fine adde Cinnamomi electi 3 fl. vel 3 j.

*Aliud, quo Hispani utuntur.*

R. *Zarzae parilla 3 ii.*

*Cort. ligni 3 j. Rad. chinæ 3 ij.*

*Hermodactylorum 3 j.*

*Polypondii Rhapontici, Turbici, Cap. Ven.*

*Rad. liliorum alb. Apii, Asparagi,*

*Foeniculi, Petroselini, Glycyrrhizæ ana 3 ij.*

*Fol. senecæ 3 fl.*

D. *Decoquantur omnia la. in Tb xx. aquæ ad Tb v.*

& hoc pro syrupo. Capiat his in die manu & ve-

speri 3 vi. calidæ. In residuo infunde Tb xx. aquæ:

& decoquantur ad Tb xij. Et istam aquam bibat

loco vini, & de octo in octo dies purgat humo-

rem peccantem: & debet sumi per dies xv. ad

minus. *A quodam Hispano.*

*Decoctum radicis chine.*

R. *Radicem chine opt. 3 j.*

*Aqua fontana Tb xij.*

Radices incidentur minutatim, & in prædicta vase tepida per horas duodecim infundantur in vase terreo vitro: deinde igne lento coquuntur usq; ad consumptioem tertiae partis: postea colla, & serva pro syrupo. Aliqui usq; ad libratrum octo, aliqui ad medietatis consumptioem coquunt. *Florentinus.*

*Decoctum radicis chine.*

Alia ratione curatur morbus Gallicus, quo non est præcedenti aëdiodum dissimilis. Fit autem decocto radicis chinorum, que apios dicitur. Itaque post universales purgationes præscribimus viérum tenuem, non tamne usque adeo siccum atque cum decocto guajaci. Siquidem decoctum radicis chinorum vehementius siccans quam guajaci, quod ex situ facile deprehenditur.

Sic autem parabitur:

R. *Radicem chinorum, in tenues orbiculos se-*

*statum 3 j vel 3 i fl.*

*Aqua purissima Tb x.*

Coquuntur in vase terreo vitro ad medias. Vas verò tam exalte cooperatur, ut nihil exhaleret. Deinde coletur decoctum: ac super cineres continuo calidum servetur. Hujus decocti dentur 3 viii. vel ix. pro viribus agrotantis, ac fuderit tres horas: fudo diligenter alterno: turpandeat hora nona, vel decima, & rursum hora tertia à meridiæ eandem decocti dosim fumarile: dum ingrediatur, & fuderit: cœnabit autem hora sexta: ac frigilior erit cena, quam prandium. *An-*

*muis Chalmeteus.*

*Decoctum radicis chine, pro potu*

*ordinario.*

R. *Facies superioris decocti,*

*Aqua purissima Tb xij.*

E. *Coquuntur ad tertias. Potest terrum & quartum fieri decoctum, si addideris radicis chine 3 ij. Si*

*tamen vino abstinere non possit, eo saltēm de-*

*ceto vinum diluat. *Idem.**

**DE DECOCTIS**  
**purgantibus sanguinem.**

*Decoctum adianti.*

R. *Adianti veri recentis 3 j fl.*

*Summitatum fumariae, summitatum lupuli,*

*Violarum siccaram ana 3 j.*

*Prunorum Damas. N. xl.*

*Zizipharam N. xx.*

*Jujubaram N. xx.*

Coque libris tribus aquæ lento igne ad durum librarum consumpcionem: infunde tandem

*Pulpa cassiae solutiva 3 ij.*

*Tamarindorum 3 ij.*

*Mannæ 3 j. Rhabarbari boni 3 ij.*

Frigidum manibus frica, colla & propina. \* San-

guinem purgat, clarumque reddit, ardoremque

ipsius ac flavæ bilis compescit. *Meijes.*

*Decoctum fumarie.*  
**R.** Succi Cichorii, succi Endiviae, succi Lupulorum, succi Borraginis ana 3*v.*  
 Succi Fumiferae 3*vii.*  
 Quibus coctis & purgatis, adde Myrob. citrinorum, Myrob. Indorum ana 3*ij.*  
 Pallularum mundat. 3*j.*  
 Tamarindorum 3*vij.*  
 Frica, cola, & serva. \* Sanguinem bile flava & adutis humoribus purgat, hepatis obstructions aperit, ac inde natum icterum lanat. *Mefus.*

### DE DECOCTIS PURGANTIBUS BILEM FLAVAM.

#### *Decoctum fructuum.*

**R.** Prunorum N. xl.

Sebesten, sive Myxarium N. xxx.

Jujuborum N. xxx.

Tamarindorum 3*iij.*

Caisse recens extracta 3*ij.*

Mannae 3*j.*

Macerentur fructus in aqua libris tribus: deinde adde caissiam, tamarindos, & mannam: fiat, ut supradicta. \* Sanguinis & bilis flavae servorem reprimit, sanguinem clarum reddit, & bilem clementer educit. *Mefus.*

### DE DECOCTIS PURGANTIBUS PITUITAM.

#### *Decoctum thymi.*

**R.** Thymi, Cassuthae, Hyssopi ana 3*j.*

Pallularum purg. 3*xx.*

Myrobal. Emblicarum, Chebularum ana 3*j.*

Turbith 3*iv.*

Stachados, Polypodii ana 3*v.*

Eupatorii Mefus 3*ij.*

Rad. Apii, Foeniculi ana 3*vij.*

Absinthii, Anisi, Dauci ana 3*ijj.*

Coque omnia in libris tribus aqua, ad libarum diuturnum consumptionem: cola. Colato adde Turbith, Agarici ana 3*j.*

Zingiberis 3*fl.*

Macerati noctem sine: postridie cola, & utere. \* Phlegmagogum est: ob id senibus, & aliter pituitosis salubre: ventriculum firmat, coctionem juvar, flatus à visceribus & hypochondriis dissolvit. *Mefus.*

#### *Decoctum galli ad colicam.*

Gallinaceum veterem quatuor annorum interficio, exinanitoque, & replete salis fossitii drachmis tribus, sem. cnici, polypodii, hyssopi ana 3*j.* sem. dauci, anethi, ameos ana 3*fl.* turpea 3*ijj.* Deinde refarto ventre, in xij. aqua libris ad dimidias coquito, juris decocti 3*iv.* aut sex potuvi exhibeto. *Andernacus.*

#### *Decoctum stachados.*

**R.** Stachados, Origani Cretici ana 3*iv.*

Sem. Apii, Foeniculi Eupatorii Mefus ana 3*ijj.*

Schizanthi, Hyssopi ana 3*ij.*

F

A Pallularum mund. 3*ij.*  
 Turbith 3*iv.*  
 Coque ut supradicta, & utere. \* Confert pituitosis affectibus, ut febribus, quotidianis, junccturarum & nervorum dolori, & frigidæ intemperiei. *Mefus.*

### DE DECOCTIS BI- LEM ATRAM PURGANTIBUS.

#### *Decoctum epithymi.*

**R.** Myrobal. Indarum, Stachados Arabici, Epithymi, Pallularum mundat. ana 3*j.*  
 Myrobal. chebul. summittatū fumarie ana 3*iv.*  
 Follicularum senz 3*j.*  
 Polypodii 3*v.*  
 Turbith 3*iv.*  
 Agrimonie 3*v.*

Omnia præter epithymum coquantur in sepi capini libris tribus, ad duarum librarum consumptionem: tunc adde epithymum, & semel ferveat, tolle ab igne, & adde

Hellebori nigri 3*j.*

Agarici 3*fl.*

Salis Indi 3*j fl.*

Frica, cola, & utere. \* Bilem atram vacuat: ob id affectibus melancholicis, ut cancro, elephantiali, & cæteris confert. *Mefus.*

#### *Decoctione sene D. Geronis.*

D R. Follicularum senz 3*j fl.*  
 Foliorum senz 3*j.*  
 Zingiberis 3*j.*  
 Flor. Borraginis, Violarum,  
 Rosarum rub. Arantiarum ana 3*ij.*  
 Polypodii quercenti 3*fl.*  
 Pallularum purgatarum 3*ij.*  
 Sebifer, Prunorum ana N. xij.  
 Aqua fontis Tb. iv.

Fiat decoctione s.a. Modò sene parum ebulliat, & vas optimè obturatum per sex horas dimittatur, deinde exprimatur. \* In affectibus Melancholicis, Quartanis, Cancro, Luc Venerea valet. *Augustani.*

### DE DECOCTIS PURGANTIBUS HUMORES MIXTOS.

#### *Decoctum myrobalanorum.*

**R.** Myrobal. Citrinarum, Chebularum, Indi-  
 rum ana 3*j.*  
 Tamarindorum 3*fl.*  
 Comarum fumarie 3*j.*  
 Absinthii 3*ij.*  
 Prunorum N. xx.  
 Pallularum mundatarum 3*j.*  
 Coque in libris tribus aqua, ad duarum librarum consumptionem: cum imbecillum voles med-  
 camentum, reliqua librae dimidio adde

Pulpæ caffæ 3*ij.*

Cum autem valentius, adde

Pulpæ caffæ 3*j.*

Turbith, Agarici ana 3*fl.*

Frica

Frica, cola. Præstantius fiet, si in sero lactis capri-  
ni coquuntur. \* Bilem utramq; & pituitam pur-  
gat. *Mefues.*

*Decoctum Eupatorii.*

R. Eupatorii, Abinthii,  
Afari, Nardi indicæ,  
Capill. Veneris, Cypri, Rhabarbari,  
Comarum Fumaræ ana 3 iv.  
Bedeguar. Secacul ana 3 iv.  
Myrobal. Chebularum, Indarum ana 3 iiii.  
Paffularum purgatarum 3 j.  
Coque, & iteræ. \* Hepatis & lienis obstruc-  
tiones, & inde nascentes dolores, & febres compon-  
sitas juvat. *Mefues.*

DE DECOCTIS MI-  
NUS USUALIBUS.DE DECOCTIS ALTE-  
RANTIBUS PECCUS.*Decoctum pectorale.*

R. Hyssopi, Capill. Veneris ana M. 3.  
Ficuum, Palmularum, Zizipharam,  
Myxariorum ana N. iv.  
Uvarum pectoralum, Hordei,  
Glycyrrhiza, Anisi ana 3 j.  
Decoquantur in aquæ mensura quanta conve-  
nit, ad tertias. Quæcumq; una vice datur \* ad pe-  
ctoris virtutem, ut tūlum raucedinemque, donec to-  
tum absumatur. *Andernacus.*

*Potio pro phthisi, u. nostra.*

R. Cort. ligni Guajaci 3 j.  
Tulsiagins, Virge aureæ,  
Plantaginis ana M. j.  
Confolida majoris 3 j.  
Paffularum, Jujubarum,  
Sebasten, Glycyrrhiza,  
Cinnamomi electi ana 3 j.  
Aqua ferrata mens. iv.  
Coquuntur ad consumptionem quartæ partis, E  
cui addit olei sulphuris, quantum ad acorem in-  
ducendum sufficit. U'us in prandio & cena loco  
vini.

DE DECOCTIS ALTE-  
RANTIBUS COR.*Decoctum cordiale.*

R. Prunorum Damasc. N. vj.  
Palmularum indicarum,  
Paffularum ana 3 j.  
Glycyrrhizæ 3 j. 3.  
Flor. Borraginis, Buglossæ, Violarum,  
Hordei ana P. j.  
Sem. 4. com. frig. ana 3 j.  
Aqua fontanæ quantum alia medicamenta tres  
digitos superare possit: in qua reliqua omnia  
coquuntur ad tertias: deinde ex jure colato da-  
tur triens, aut quincunx. Si sepius exhiberi debet,  
major tum aquæ, sum medicamentorum modus  
adhibetur. *Andernacus.*

DE DECOCTIS  
ALTERANTIBUS BILEM.*Decoctum Adianthi.*

R. Adianthi albi, Fumaria,  
Lupuliana M. j.  
Violarum fœcarum P. j.  
Prunorum N. xx.  
Zizipharam N. x.

B In aqua fontana, quanta sufficit, ad tertias usque  
coquuntur: unaq; vice uncie quinque exhi-  
bentur. Vel

R. Adianthi M. 3.  
Sem. Anisi,  
Feniculi ana 3 j.  
Cinnamomi,  
Masticis ana 3 j.  
Coquuntur, ut superius. \* Hoc etiam viscera ro-  
borat. *Andernacus.*

*Decoctum contra urinæ ardorem.*

R. Althææ, Malvae,  
Petrofelliæ rad. part. j.  
Coquuntur in aqua fluminis usque ad tertie  
partis consumptionem, coletur. Dofis 3 ix. cum  
butyro recenti, stomacho vacuo. *Fia/cus Eques*  
*Ferravensis.*

DE DECOCTIS ALTE-  
RANTIBUS PITUITAM.*Decoctum ex Thymo.*

R. Thymi, Galbulæ,  
Hydroperi ana 3 j.  
Radic. Apii,  
Feniculi ana 3 vi.  
Sem. Anisi, Dauci ana 3 j.  
Paffularum enucleataram 3 ii.  
Glycyrrhizæ 3 ii.

In aqua ad dimidias coquuntur. In jure decocti,  
Zingiberis minutiæ incisi drachæna fentilis ma-  
ceretur: manæ uncie quinque flagulis vicibus  
exhibeantur. *Andernacus.*

*Decoctum provocans menstrua.*

R. Arthemisæ, Melissæ,  
Cardui benedicti, Pulegiæ,  
Serpilli ana M. j.  
Bulliant in una mensura vini, & manæ bibatur  
haustus.

F DE DECOCTIS AL-  
TERANTIBUS BILEM ATRAM.*Decoctum ex Fumaria.*

R. Succi Fumaræ 3 ij.  
Succi Buglossæ, Lupuli,  
Endiviae, Cichorii ana 3 ij.  
Paffularum enucleatum contufarumq; 3 j.  
Glycyrrhizæ 3 ij.  
Coquuntur ad tertias, coleturque. Juris un. i.e.  
dux, cum recens est, aut quatuor, cum vetustior,  
propinantr. *Andernacus.*

DE DECOCTIS  
vulnerariis.

*Decoctio vulneraria, nostra.*

R. Virge aurea, Saniculae,  
Polygonati, Plantaginis, Salviae minoris,  
Pulegii, Aristolochiae rotunda,  
Centaurii minoris ana M.j.  
Coquuntur in vino & aqua ana mens. j. s. usque  
ad consumptiōem duorum digitorum, coletur  
& utatur mane stomacho jejuno, haustu uno.

*Potio vulneraria, qua vulnera mirum  
in modum curantur.*

R. Cerevisia mens. ij.  
Clematis M.j.  
Artemisia rub.  
Pervincæ ana parum.

Decoque ad medietatem in vase fistili cooperto.  
Deinde excola in olla lapideam, live lagenam,  
sic ut orificium ejus probe obliteri possit, ne aer  
ingrediatur, postea usi serva. Ex hac potionē  
dabis homini vulnerato manē jejuno vētriculo,  
in meridie post sumptum cibum, à vesperi cū  
discellulas est cubitum: singulis vicibus ad quan-  
titatēm trium cochlearium, jubebisque ut Iesu  
pottea duabus aut tribus horis abstineat à cibis:  
& quoties inde biberit, paululum instillat in ya-  
sculum, & hoc vulnera abluat. Foliū etiam bra-  
fīcæ rubrum liquore hujus potionis imbutum  
vulneri imponat, ita tamen ut asperius folii latere  
versus vulnera sit coaptatum, quod linteolo fit  
miter involvatur. *Ranzovius.*

*Potio alia vulneraria.*

R. Limonii sylvestris,  
Betonicae ana 3 j.  
Saniculae pedis leonis ana 3 β.  
Vini opt. mens. ij.

Coquuntur in olla vitreata, benē obturata, per  
spacium duarum horarum. Ex hac potionē ho-  
minis fauciato singulis diebus manē & vesperi ad  
quantitatēm unius cochlearis exhibe bibendum:  
& loco affecto brasīcæ folia, vel aliquod em-  
plastrum vulnerarium impone. *Ranzovius.*

*Potio vulneraria.*

R. Consolidæ utriusque,  
Veronicæ,  
Cyclamini ana M.j.  
Aftacorum expurgatorum N.iv.  
Vini albi mens. ij.

Circulentur in balneo per triduum. Exhibe-  
tur primis septem diebus manē cochlear unum.  
*Quercetanus.*

*Alia potio vulneraria.*

R. Oculorum Cancri pulveriz. 3 β.  
Mumie 3 β.  
Boli Armeni 3 j.  
Herb. Agrimonie, Ophioglossi,  
Veronicae, Cyclamini ana M.j.  
Spermatis Ceti 3 j.

A Temperetur in vino albo per noctem in balno  
Marie. Capiat hujus cochlearia duo mane &  
vesperi, si opus sit. Inflammationes plurimum  
arcent, atque ambustis convenient. *Idem.*

*Potio vulneraria, pro reliquis morbi  
temporibus.*

R. Macis, Oculorum Cancri,  
Zedoarie ana 3 ij.  
Mumie, Galangæ minoris ana 3 ij.  
Nuci Vomicae 3 j β.

Craftim scilicet contulæ imponantur in vas vitreum,  
affundendo vini albi mens. j. s. macerentur len-  
tissimo calore per biduum. Dosis est cochlear  
unum manē, & vesperi tantundem. Hujus potio-  
nis vis tanta est, ut laudati vix iatis possit. *Idem.*

*Potio vulneraria.*

R. Herb. Saniculae, Virgæ aureæ,  
Polygoni, Plantaginis, Salviae,  
Pulegii, Centaurii minoris,  
Aristolochiae ana M.j.

Coquuntur in vino & aqua ana mens. j. s. usque  
ad consumptiōem duorum digitorum, coletur  
& utatur mane stomacho jejunio. *Innominate.*

*Potio venenatus vulneribus sclope-  
tariis conveniens.*

R. Flor. Vinæ pervincæ,  
Flor. Liliæ convall. ana P. j.  
Galangæ, Zedoarie ana 3 ij.  
Mumie, Boli Armeni veri ana 3 j.  
Spermatis Ceti 3 β.  
Vini albi mens. ij.

Digerantur & circulentur in balno Maris pe-  
quatuor dies. Dosis est cochlear unum mane &  
vesperi. *Idem.*

*Potio vulneraria in fracto osse, ab  
ictu sclopetario.*

R. Aristolochiae, Cyclamini, Serpentariae,  
Consolidæ utriusque, Geranii ana M.j.  
Sabina M.β.  
Macis, Zedoarie, Oculorum Cancri ana 3 β.  
Mumie, Galangæ min. ana 3 β.

Conquassata, ac minutatim concisa herbae, &  
reliqua in pulverem craftim scilicet redacta co-  
quuntur in duplice vase horis quatuor cū mens.  
vini. Utatur mane & vesperi. *Idem.*

*Potio vulneraria cephalica.*

R. Flor. Liliæ convallit,  
Betonicae ana P. j.  
Galangæ, Macis ana 3 ij.  
Pericaræ, Chelidoniae,  
Vineæ pervincæ, Veronicæ,  
Centaurii ana M.β.

Macerentur ut supræ, & ad usum serventur. *Idem.*  
*Potio sanguinem ex vulneribus erum-  
pente cohens.*

R. Olei Croci Martis,  
Essentiae Coraliorum ana 2 j.  
Cum aqua spermatis Ranarum, vel Rosarum fuit  
potio. *Quercetanus.*

*Potio*

*Potio vulneraria pectoralis.*

R. Succi Verbenæ, Betonicæ,  
Veronicæ ana 3 ij.

Aqua Cinnamomi Tb j.

Macerentur. *Idem.*

*Potio inferioris ventriculi vulneri-*  
*bis conducens.*

R. Boli Armeni 3 β.

Confolidæ urticeana M.j.

Galaogæ 3 ij.

Temperatur cum vino ut suprà, & ad usus ser-  
ventur. *Idem.*

*Alia pro gregariis sed approbata.*

R. Croci Martis, nostro modo præparati 3 j.

Calcis testarum Ovorum 3 j.

Syrupi Rosarum siccarum,

Syrupi Myrræ 3 ij.

Cum aqua florum Papaveris rubri, fiat potio,  
assumenta tribus horis ante cibum: pro quo ca-  
piat hordeatum cum aqua Rosarum, & lemine  
Papaveris, præterim hora lomini. *Idem.*

*Potio alexipharmacæ, contra vulnera*  
*scleropatica venenata.*

R. Mithridatii, Theriacæ opt. ana 3 β.

Margar. præpar.

Corall. rub. præpar. ana 3 β.

Boli armeni 3 β.

Syrupi de Limenibus 3 j.

Aquarium Buglossæ, Scabiosæ ana q.s.

Fiat potio. Reuteretur bis, vel ter, si opus videa-  
tur. *Quercetanus.*

*Alia pro dioribus.*

R. Auri vitæ,

Essentia Margaritarum ana G.vj.

Essentia Coraliorum G. ix.

Terræ sigillatae electæ 3 j.

Aqua theriacalis nostræ 3 ij.

Fiat potus, statim sumendus. Cor mirificè ab o-  
mni veneno & contagione tuerit. *Quercetanus.* E

DE DECOCTIS PUR-  
gantibus bilem flavam.*Decoctum bilem educens.*

R. Intybi, Cichorii,  
Eupatoriæ, id est, Agrimonie M.β.

Flor. Borraginis, buglossæ,

Violarum ana P.β.

Tamarindorum 3 j.

Prunorum Damasc. N.v.

Glycyrrhizæ rafæ 3 β.

Decoquuntur, ut suprà, in aqua ad tertias. *Ande-*  
*pacus.*

*Decoctum seu Apozema in febri ter-*  
*tiana usile.*

R. Cichorii cū radice, Acerosæ, Endiviæ ana M.j.

Senina quatuor frig. maj. 3 β.

Rad. Graminis,

Aiparagi maceratarum in aceto ana 3 iiij.

A Fiat decoctio ex aqua, ad Tb. unam colature  
claræ adde

Sacchari albi,

Succi Arantiorum, vel Granatorum, aut

Syrupi de acidine Citriorum ana 3 ij.

Vel in fine decoctionis, adde Acci acerimæ &

Mellis optimè despumati ana 3 ij.

Fiat Apozema clarum, quod Aroma trahat ex

Sandal alborum 3 ij. Äger ter vel quater ex hoc

bibat. *Heurnius.*

*Aliud mixtos potius educens humores.*

R. Passiflora 3 β.

Galangæ incisa 3 j.

Flor. Borraginiæ, Violarum ana 3 j.

Senæ 3 vj.

Horum decoctio & infuso stet per noctem, &  
mane rursum ebulliat, & fortiter exprimitur. Post

R. Expressi 3 iv.

Syrupi Roli. lax. Mannæ ana 3 j.

Syrupi conservæ Zingiberis 3 j.

Aqua Cinnamomi cochlearium unum.

Misce, & fiat portus. *Crato.*

## DE DECOCTIS PUR-

gantibus pituitam.

*Decoctum pituitam educens.*

R. Hyssopi, Thymi ana P.β.

Sem. Cnicæ 3 vj.

Sem. Anisi, Foeniculi ana 3 j β.

Polypodiæ 3 β.

Glycyrrhizæ rafæ 3 ij.

Decoquuntur in aqua ad tertias, ut suprà. *An-*  
*dernacu.*

## DE DECOCTIS PUR-

gantibus atram bilem.

*Galli decrepiti decoctum.*

R. Hyssopi, Calaminthæ ana M.j.

Passiflorum mundatarum 3 j β.

Anisi, Foeniculi,

Carvi ana 3 vj.

Sem. Carthami 3 ij.

Polypodiæ quercini recentis 3 j β.

Trium florum cordi dicatorum ana P.j.

Flor. Chamæmeli, Meliloti ana P.β.

Includantur omnia in ventre galli decrepiti,  
præparati ut decet: in fine coctionis adde

Foliorum Senæ 3 ij.

Agavici trochiscati 3 x.

Fiat colatura ad Tb ij. ac reponatur. Accipiemus

præscripti decocti 3 iv. Serapii violati 3 j.

Fiat haustus: si robustior fuerit äger, adde 3 ij. Dia-

phœnici aut Benedictæ laxativa. *Heurnius.*

*Decoctum atram bilem vacuans.*

R. Buglossæ, Scolopendrii ana M.β.

Senæ Alexandrinæ 3 j.

Flor. Violarum, Thymi,

Epithymi ana P.j.

Sem. Anisi, Foeniculi ana 3 β.

Zingiberis 3 j fl.  
Paffularum 3 j.  
Prunorum Damasc. N x.  
Decoquantur in aqua ad tercias. Exjure hoc sumantur 3 iv. *Andernacus.*

*Decoctum Hellebori nigri.*  
R. Cort. rad. Hellebori nigri præparati 3 ij.  
Anisi dem. Fœniculi ana 3 j.  
Cinnamomi.  
Caryophyllorum ana G. iiij.  
Fiat decoctio f.a. cujus dosis 3 ij. cum confectionis Hamech 3 β. *Augustani.*

*Aliud.*  
R. Myrobalanorum omnium ana 3 β.  
Communianur craisé, & macerentur per diem & noctem in Aque Fumarie Tb viij. & addere Polypodi, Grehymi. Sena ana 3 j.  
Glycyrrhize. Semi. Citri.  
Hermodaçtylosum 3 β.  
Caryophyllorum ana 3 ij.

Corticum præparatorū Hellebori nigri 3 β.  
Coquantur ad medietas exhausionem cum tenui expressione. Accipe hujus decocti partem sextam,  
Syrupi de Fumarie compositi,  
Syrupi Rosati solutivi ana 3 j.  
De corticibus Cistrorum 3 β.  
Misce, bibat. \* Medetur Hypochondriacis & laborantibus ex malo Venero. *Heurnius.*

### DE DECOCTIS PURGANTIBUS HUMORES MIXTOS.

#### *Decoctio aperitiva lenitiva major.*

R. Herbarum Endivie,  
Cichoreæ, Fumi terræ ana M.j.  
Herbarum Eupatoriæ,  
Borraginiæ, Buglossæ, Cuscuteæ,  
Scolopendriæ verti ana M. β.  
Glycyrrhizæ rarae,  
Rad. Fœniculi,  
Rad. Apii, rad. Petroselini,  
Pafularum ana 3 β.  
Sem. Anisi, Fœniculi ana 3 ij.  
Comarum Thymi,  
Epithymi ana 3 j β.  
Cort. rad. Tamarisci,  
Cort. rad. Capparorum ana 3 ij.  
Fol. Senæ 3 ij.  
Polypodii quercini 3 j.  
Agarici electi 3 β.

Incidentia incidentur, & quæ contundi debent, conterantur, & miscantur omnia simul, serventurque pro usu. \* In viscerum obstructionibus, & contumacibus eorum affectibus valeret. *Augustani.*

#### *Decoctio aperitiva lenitiva minor.*

R. Herbarum Agrimonie,

A Lupulorum, Cichoreæ,  
Culcutæ, Betonicæ,  
Ceterach, Endivie,  
Fumi terræ ana 3 ij.  
Rad. Apii, Fœniculi,  
Petroselini, Aconi,  
Glycyrrhizæ ana 3 iv.  
Alati 3 j.  
Sem. Anisi,  
Fœniculi ana 3 j.  
Po ypodii quercini 3 xij.  
Prunorum Damascenorum,  
Ficuum, Inguum ana N. xxxij.  
Pafularum 3 iv.  
Sena Alexandrinæ 3 j.  
Florum Borraginiæ,  
Buglossæ, Violarum,  
Roratum rub. ana 3 j.  
Incidentia & contundantur, & miscantur omnia simul. *Augustani.*

#### *Decoctio aperitiva major cum rhubarbaro.*

R. Specierum decoctionis aperitivæ majoris,  
Specierum decoctionis lenitivæ minoris ana 3 iii.  
De oquantur in aquæ libris sex, ad consumptionem duarum librarum. Colatura servide infunde  
Rhabarbari electi 3 β.  
D Cinnamomi 3 ij.  
Salis gemmæ 3 ij.  
Spica Indica 3 ij.  
Spec. Diarrhodon Abbatis 3 iv.  
Sacchari 3 xij.  
Miscantur pro usu. \* Valer in hydrope, & catæris morbis diuturnis, frigidis, pituitosis, ac biliosis, aut mixtis. *Idem.*

#### *Decoctum laxativum in Majo.*

E R. Fumi terræ M. iij.  
Lupulorum,  
Hyssopi,  
Rad. Cichorii ana M. ij.  
Abfinchii M. j.  
Sena 3 j fl.  
Polypori 3 j.  
Serpi caprini mensij.  
Bulliant ad conlumptionem tertie partis. \* Prodest scabiosis & delicatis.  
F Pato pungens pro delicate.  
R. Cinnamomi,  
Zingiberis ana 3 ij.  
Nucis moschatae 3 j.  
Anisi 3 β.  
Fol. Senæ 3 j β. vel 3 ij.  
Sacchari 3 ij. vel q.s.  
Stent simile per noctem in vino antiquo quantum satis pro tribus dosibus. postea bulliant parum, & fiat haustus.

*Aliud.*

R. Sena pulverizata 3 j fl.

Liquiritæ,

Liquiritiae, Zingiberis ana  $\frac{3}{2}$  fl.  
Anisi  $\frac{3}{2}$  ij.  
Contundantur, & bulliant in dimidia vini mensura parum, addaturq; sacchari q.s. *D. Meching.*

Alia.

R. Senae  $\frac{3}{2}$  ij fl. vel  $\frac{3}{2}$  iiij.Sacchari  $\frac{3}{2}$  ij. vel Liquiritiae  $\frac{3}{2}$  j.Anisi  $\frac{3}{2}$  j fl.Zingiberis  $\frac{3}{2}$  vj.

Vini, Aqua ana quart. ii.

Bulliant ad haustus quatuor ultra tertiam partem. *Idem.**Potio purgatoria.*R. Mannae Calab. opt.  $\frac{3}{2}$  vj.

A Rhabarbari electri 3 ij.  
Spec. Hierae simplici.  $\frac{3}{2}$  fl.  
Aqua Endiviae  $\frac{3}{2}$  iv.  
Syrupi de Buglossa  $\frac{3}{2}$  fl.

Misce diligenter. *Ranzovius.*

*Potio vomitoria sine molestia.*  
R. Corticis mediani juglandis juxta radicem  $\frac{3}{2}$  ij. vel iiiij.

Vini albi scyphum dimidium.

B Macerentur per totam noctem. Bibatur manè post cibum, aut paulò ante cibum. Si verò post dimidiā flora non epicurit, tunc digitus aut penitus oleo tincta in fauces demittatur, & ratiū sequetur vomitus. *Ranzovius.*

## DE INFUSIONIBUS, Sectio IIX.

INFUSIO, que & dilutio, & maceratio, & irrigatio non nunquam appellatur. Infunduntur autem eadem materie, que in apozematibus concoquuntur, pulverante, confusæ vel solidæ: idque in humore simili, sed ferè calfacto cineribus calidis, vel Sole, vel super fornacem, ut medicamenti vires propriis trahat. Sunt autem infusa, vel

Simplicia, eis materiis sim- plices irri- gantur, vel in	Aqua: ut — Infusio Rosarum, Violarum. De quibus vi- desuprà in tractatu Syruporum & Vinorum.
	Acetum Scillinum, Acetum Rosatum, Acetum Salviatum,
Aceto: ut —	Acetum Sambucatum, Acetum Rosmarinatum, Acetum Lavendulae.
	Infusum feri laetis, Aliud ferum laetis, Infusum succi herbarum.
Bilem: ut —	Infusio ad bilem primam, Infusio secunda, Infusio tercia, Infusio quarta, Infusio quinta, &c.
Composita, quando ma- terie diversa macerantur. Atq; horum alia purgant	Infusio Hierae, Infusio ad pituitam primam, Infusio ad pituitam secundam, Infusio ad pituitam tertiam, Infusio ad pituitam alias, Infusio ad colicam alias.
Pituitam: ut —	Melancholiam: ut — Infusio ad atram bilem.
	Sanguinem: ut Infusio ad sanguinem mundandum.